

Theodericus abbas. Heinricus prepositus, Ditmarus decanus, Heinricus custos, Ernestus scolasticus Merseburgenses. Heinricus miles de Warin. Albertus de Burne. Hermannus de Catena. Iohannes de Wilcove. Amelungus, Ditericus milites de Merseburg.

(S.)

239.

5

*Markgraf Dietrich bestätigt dem Kloster Dobrilugk den Kauf und die Schenkung verschiedener Besitzungen an dasselbe, sowie den Tausch von Hufen zu Kochsdorf und Münchschorf, welche dasselbe gegen das Dorf Cisowe von dem Grafen Friedrich von Brehna erhalten hat. Zugleich werden dem Kloster die Obergerichte über diese Güter ertheilt. Püchau, 1217 [Januar—September].*

*Hdschr.: Or. Perg. Ernestin. Ges. Archiv Weimar. Reg. Oo pag. 701 No. 7. Das grüne S., an gelben und rothen 10 Seidenfäden, = Taf. III. 2. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Ludwig, Reliquiae 1,32 (nach Kopial des Klosters Univ. Bibl. Jena).*

*Ann.: Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 163 Ann. 3.*

:In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio: | Multos esse, qui cotidianis honestatis et fidelitatis defectibus per- 15 turbant quietem nostram, multa etiam esse, que in conspectu | interni cognitoris deformant rationem nostram, quanto videmur in eminenti, tanto est in evidenti. Ita, ut nec malignantium | consiliis occurrere nec deo digne noverimus satisfacere, nisi forte ad placandam faciem eius nobis vel ex parte suffragetur, si ea, que ad illorum utilitatem proficiunt, qui ei die ac nocte deserviunt, benigno prosequamur favore, ut, quod nostris meritis non 20 valemus, eorum auxilio assequamur, inde est, quod et presenti et future hominum generationi notum esse volumus factum cognati nostri Friderici comitis de Brene circa fratres nostros in Doberluch esse cum nostro bene placito, hoc videlicet, quod pro concambio Cisowe mansos XII in Cucusdorf, itemque mansos septem et dimidium in Munchesdorf eis dimisit et quod villas has, id est Friderichsdorf et Cameniz, pro pecunia eis vendidit 25 nec non et villam Valkenberg, quam de consensu ipsius Iohannes de Grodiz eis vendidit, sed et septem mansos in villa Alzena, quos Sifridus ministerialis noster eis donavit. Hec omnia fratribus ipsis in bona parte permaneant, ubi et hoc adicimus, quod iudicium de effusione sanguinis et pro capitali reatu in supra dictis bonis nulli nisi abbati et suis recognoscimus. Vt autem hec omnia et commutatio scilicet et emptio atque donatio 30 nostraque recognitio a nullo imposterum convelli sive immutari valeat, et presentis privilegii signatio et idoneorum virorum testium, qui subscripti sunt, cooperabitur astipulatio: Bruno Misnensis episcopus. Vlricus Wircincensis prepositus. Nicholaus canonicus Misnensis. Henricus prefectus de Donin. Henricus senior et Henricus iunior de Corun. Fridericus de Turgowe. Volradus de Landesberg. Otto et Bodo fratres de Ilburg et 35 multi alii. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo ccc̄xvii, indictione v̄, in villa Biehne sub Alberto abbate; feliciter amen.

(S.)